

meum, sicut casus iure civile requirit (1), ut cuique per hunc testamentum dedero, donavero, ligavero, dari vel iussero, aut fieri mandavero, id, ut detur, fiat prestitor fidei. Vos vero Felicitate, uxore mea, et Romana, nurem meam, heredes mihi instituo heredesque meas esse volo in mea hac pro filii mei hereditatem in ternas uncias principales in integro, id est terra, casa, aurum, argentum vel speciebus, hornamentum, laboratorios, solidos, . . . ferro, strumenta, lectora, hutensilia, mobilia vel immobilia, seseque moventibus ex omnia, que habere videor de ex successione domini et genitori meo, sceu et ex ea, que ego laboravi et acquirere potui. Ceteras sex uncias de omnibus, que habere ut supra video, in mea reservo potestatem dispensandi, qualiter juste ac secundum Deum per medelam anime mee providero dando manibus meis et verbo vel cui comisero dispensando. De monasteria vero beati Zacharie ac sanctissimi Hyllarii ita volo atque precipio, ut in vera libertate ac privilegio perpetualiter persistat cum omnibua, que in eis, Deo juvante, edificavi et aggregare curavi vel donavi aut donavero. Et ullam scuxiam publica aut angarias ab eis exigatur, set liceat eos vel eas sub vera deliberacione, qui in eis habitare voluerit, semper persistent atque permaneant et magistro regule subdantur servire sub regula. Tuicione ac difensione, sicut per eorum ammonitos confirmatum habemus, constituimus perpetualiter ordinatas. Istud vero parvo servitio, quod pontifici nostro Olivolensis ecclesie debetur, aut in basilica beati Georgii debetur, aut in suis habentur privilegiis, persolvi fecimus propter maiorem firmitatem ad novelle legum iustituta servanda. Nam nullus audeat umquam ex episcopis Olivolensis vel pertinentibus aut extraneis ipso jam dicto monasterio beati Zacharie pro quovis ingenio aut argomento dominare aut potestatem exercere vel dominare, que ego pro meo servicio vel [largin]tus sum, set neque uxor mea, neque nurri mea in eo ullam habeat potestatem, sed solum modo liceat eas ut ceteras feminas

(1) *Cod.*: sic caus sue (ovvero iure) civili nequi.